

(2. Porro inficias haud minus uniones regulariter, et sic non facile fieri debere, si fiant magis per modum exceptionis, quam regulæ suscipiunt. At non statim generatim unio inter odiosa referri debet. Necessitas et utilitas præstant justam unioni causam; cap. 33, *De præbend.* At vero quod ex hac causa fit, odiosum et probrosum reputandum est? (3. An non salus Ecclesiæ suprema lex esse debet? Unio sane temporalis, quæ fit ad vitam ad quæstum beneficiarii cum Ecclesiæ detrimento præter necessitatem, odiosa, eaque propter explodenda est.

(4. Agendum hic esset de diversis effectibus, qui fluunt a diversis speciebus unionis, ab unione scilicet per subjectionem, ab unione per confusionem, seu suppressionem, et ab unione æque principali. (5. At latior est hæc materia, quam ut in hisce additionibus concludi queat. Satis sit indicare eos, qui de iis egregie præ cæteris tractarunt, nimirum Bohemer., in *Decretal.*, lib. III, tit. 5, a § 180 ad plur. sequent., Elevogt., *De union.*, sess. III, cap. 1 (140).

## ADDITIONES CASINENSES.

(1. Ex norma communi, juxta tradita ab auctore, non potest episcopus unire beneficia perpetuo Papæ reservata, ut sunt primæ dignitates post Pontificalem etc. *Vid.* hic supra n. 46; neque beneficia Papæ reservata

(140) Cæterum de unione episcopatum, seu beneficiorum quorumcumque, nullum exstare titulum in jure canonico, advertit Laurentius cum Azor. part. XI, lib. VI, cap. 28; plura tamen statuisset Clementem V, in Clementina ultima *De rebus Ecclesiæ non alienandis*; occasione cujus ad hunc textum, uti et ad eundem titulum in decretalibus hanc materiam unionis beneficiorum tractant auctores; ac præsertim de eo libellos quosdam ediderunt Joannes Baptista Caccialupus, Petrus de Ubaldis, Andreucius, l. II, diss. 10.

(141) Si de beneficiis Apostolicæ Sedi perpetuo reservatis non agatur: « Potest episcopus unice reservata non perpetuo post eorum vacationem, seu postquam casus reservationis actu contingit, v. g. Jam jam actu vacat beneficium in mensa Papali; ita tamen, ut unio effectum non sortiatur, intellige quoad executionem, donec reservatio cesset, seu consumpta sit... Et hinc hoc casu tenet unio, sed suspenditur ejus effectus, donec reservatio consumatur (*nempe usque ad obitum, vel renuntiat, provisi, aut privationem.*) » Ita Leuren. *For. benefic.*, p. III, quæst. 992, n. 5.

Idem docet Pax Jordanus (citans Gonzalez, Garcia, Barbosa) in hæc verba: « Amplia, ut unire valeat etiam beneficia reservata, vel affecta, seu devoluta; nam reservatio non impedit fieri unionem per ordinarium; suspenditur tamen effectus ipsius unionis pro tempore provisi de illo a Papa. » Tom. II, lib. X, tit. 52 *De unione benefic.*, n. 55.

Contrarium tamen, nempe non posse fieri unionem ab episcopo post reservationem jam actu afficientem beneficium, tenent absolute Ventriglia, et de Luca apud dict. Leuren. cit. p. III, q. 902, n. 5. At nobis prior opinio magis arridet, quippe quod nullum præjudicium ex ejusmodi unione Apostolicæ Sedi proveniat. (*Editores Casinenses.*)

(142) Ad tramites hic supra recensitæ conciliaris dispositionis, ut deveniri possit ad beneficiorum

post ipsorum vacationem; *ibid.*, n. 45 (141).

(2. Porro ex concilio Tridentino permixtum est episcopis unire beneficia, nempe: I. Pro erectione et sustentatione seminarii; cit. *Trident.*, sess. XXIII, c. 18, *De reformat.* II. Pro paupertate ecclesiarum parochialium aliorumque beneficiorum animarum curam adnexam habentium; ex eod. concil., sess. XXI, cap. 5. III. In casu tenuitatis præbendarum simul cum distributionibus quotidianis in ecclesiis cathedralibus, et collegiatis insignibus: cit. concil., sess. XXIV, cap. 15 (142); IV. Pro erectione penitentiariæ in cathedralibus Ecclesiis, conc. *Trid.*, sess. XXIV, cap. 8. V. Pro instituenda theologali in cathedralibus, ac etiam collegiatis existentibus in aliquo insigni oppido; cit. concil., sess. V, cap. 1.

(3. Jam vero in primis tribus casibus ex eodem Tridentino, locis citat., permixtum est episcopis unire beneficia etiam Apostolicæ Sedi reservata, vel affecta. At quoad seminaria secus obtinuit ex decreto Clementis VIII, 26 Feb. 1622, et sac. congregat. decisionibus, uti videre est in nostris additionibus sub v. SEMINARIUM, ubi etiam invenies quid pro seminariis Italiæ, et insularum adjacentium per Benedictum XIII constitutum fuit.

(4. An vero pro paupertate parochialium ecclesiarum, et distributionum, et præbendarum in cathedralibus, et collegiatis insi-

unionem in quotidianarum distributionum augmentum, requiritur copulativus concursus tenuitatis tum earundem distributionum, tum præbendarum, quemadmodum clare indigitant verba illa (Concil.): *Tenues sint præbendæ simul cum distributionibus quotidianis*; nec sufficit quod distributiones sint tenues, quando pingues sunt præbendæ, ut ex mente S. Cong. probant Garcias... Ventriglia... Barbosa... Rota, decis. 281, n. 4, p. IX, l. 1; decis. 455, n. 8, ead. part. IX. Sed in casu, quo distributiones sunt tenues, pingues vero præbendæ, tunc ad occurrendum tenuitati distributionum, conc. *Trid.* aliud mandat adhiberi remedium, videlicet quod ex fructibus præbendarum, aliorumque proventuum Ecclesiæ separaretur per episcopum tertia pars convertenda in earundem distributionum augmentum, quod sane remedium adhibendum esse censuit S. Congregat. Concilii, in *Hieracen.* his verbis: « Cum sess. XXIV, cap. 15 caveatur, episcopum cum consensu capitali, ubi tenues sunt præbendæ, posse aliqua beneficia simplicia unire præbendis, an similiter possit unire aliqua beneficia simplicia, ubi præbendæ sunt tenues, aut nullæ in capitulo, distributionibus quotidianis, cum distributiones sint in ecclesia tenues? Congregatio censuit, posse ex decret. conc., sess. XXIV, c. 15, quando scilicet, et præbendæ et distributiones sunt tenues, at ubi solæ distributiones sunt tenues, uti duntaxat posse remedio Decreti sess. XXI, cap. 3. » Ita Riganti ad regul. 15 *Cancell.*, n. 147 et seqq. (*Editores Casinenses.*)

Hic nota, quod « Si collegiata non sunt cathedrales, vel insignes, non habet locum hoc cap. (cap. 15, sess. XXIV), nec episcopus (in hoc casu), vel visitator apostolicus potest extinguere præbendas, ut augeantur distributiones. » Sac. congreg. Concil. apud Bellarminum in *Declarat. ad concil. Trid.*, c. 15, sess. XXIV, *De reformat.* (*Editores Casinenses.*)

gnibus, possit episcopus unire beneficia Apostolicæ Sedi reservata, vel qualitercumque affecta: Rigantius, duce Fagnano, affirmativam tenet per hæc verba: « Cæterum quoad uniones in duobus mox recensitis casibus explendas, sive ecclesiis parochialibus, vigore cap. 5, sess. XXI, sive præbendis canonicalibus in augmentum quotidianarum distributionum, vigore alterius capitis 15, sess. XXIV, salva etiam hodie remanet episcopis facultas uniendo beneficia, unionis tempore Sedi Apostolicæ reservata, et affecta, cum facultas hujusmodi sublata non sit per laudatum decretum Clementis VIII quod unice prohibet uniri seminariis beneficia, quæ certe sunt unionis tempore reservata, et affecta, non autem in cæteris casibus a concil. permixtis, ut advertit Fagnanus in cap. *Sicut unire* 37, in fin., *De excessibus prælator.* » Cit. *Comment.* ad regul. 13 *Cancellar.*, n. 162 (143).

(5. Quoties vero de instituenda penitentiaria, aut theologali agatur, quia concilium non indulsit episcopis facultatem uniendo in hisce casibus beneficia reservata, et affecta, invaluit opinio, non posse illos ad unionem præbendarum Apostolicæ Sedi reservatarum, vel affectarum devenire, ex ratione, quod concilium, ubi voluit beneficia reservata comprehendere, expresse id declaravit, ut in tribus casibus supra recensitis. Riganti, *loc. cit.*, n. 164, 167.

(6. Limita pro erectione hujusmodi penitentiariæ, et theologalis in cathedralibus Italiæ, insularumque adjacentium, ex constitutione Benedicti XIII incipit. *Pastoralis*, quam integram reperies cum opportunis declarationibus sub verb. CANONICATUS, CANONICUS, art. 9.

(7. Tandem, ut hanc materiam plenius persequamur, quæres an episcopus unire possit beneficia ob ejus negligentiam Sedi Apostolicæ devoluta; Barbosa, *Jur. Eccles. univ.*, lib. III, c. 16, n. 31, partem affirmativam tuetur per hæc verba: « Beneficia quoque suæ diocesis non exempta, unire potest

(143) Doctissimus Girdaldi de hac re dubitare sane videtur, vel potius negativam tenet. En ejus verba:

« An episcopus vigore hujus Trident. Decreti unire possit ecclesiis parochialibus ob illarum paupertatem beneficia Sedi Apostolicæ reservata, vel affecta: Fagnanus, in cap. *Sicut unire* 8, *De excessibus prælator.*, lib. V *Decretal.*, a n. 22 ad 57, solidissimis rationibus probat posse, quamvis in regestis (sac.) congregationis legatur sequens quæsitum, et responsum sub die 24 Augusti 1603. Quæritur an, cum episcopus erexit in parochialem beneficium simplex, si dictum beneficium sit reservatum Sedi Apostolicæ, succedente illius vacatione, erectio sortiri debeat suum effectum, vel potius suspendi? Congregatio censuit executionem non posse suum effectum sortiri, obstante reservatione. » Ita Girdaldi, *Exposit. jur. Pontif.*, part. II, sect. 57, p. 378, ad sess. XXI concil. *Trid.*, cap. 5.

Hic etiam: « Quæro, an ecclesiæ, quæ noviter in parochialem erigitur, possit episcopus unire aliquem, ex canonicatibus ecclesiæ matricis in vim concil. *Trid.*, cap. 4, sess. XXI, decretum dict. cap. 4, nihil de unione dicit, nec sub illis verbis, debet

episcopus, quamvis eorum collatio ob episcopi negligentiam devoluta esset ad Papam; quod alio jure devolvatur, alio autem unatur. Devolutio enim concernit titulum, impeditque, ne illud episcopus in titulum dare valeat; unio autem respicit proprietatem. » At contra censuit sacra congregatio Concilii, episcopis jus non esse devoluta ad Sedem Apostolicam beneficia uniendo, tanquam affecta et reservata in ipso unionis tempore. Apud Rigantium, *loc. c.*, num. 122 (144).

(8. Jam vero, expositis causis, ob quas permittitur episcopis a concilio Tridentino fieri beneficiorum uniones, aliæ quoque exceptiones admittuntur, pro ejusmodi unione legitimanda.

(9. Nempe: « Excipiuntur uniones expletæ ex causa necessaria, quales sunt illæ factæ Ecclesiis, et piis locis ob necessitatem servitii earundem, et ne propter reddituum tenuitatem debito servitio destituta remaneant. » Riganti, *ibid.*, n. 173. Et quidem hæc præcisa necessitas requiritur quoad ecclesiam, ne propter tenuitatem reddituum deficiat, qui velit beneficium acceptare, et Ecclesiæ deservire; non autem respectu beneficiati, ejusque commodioris sustentationis; uniones enim hoc solum intuitu expletas, obnoxias esse censuræ regulæ 13 *Cancell.*, utpote nulliter factas, tradunt DD. et Rota apud eundem Rigantium, *ibid.*, n. 175.

(10. Sic etiam legitimantur uniones in divini cultus augmentum. « Id quod (ex eodem Rigantio, l. c., n. 177, cum com. DD.) locum tantummodo sibi vindicat, dummodo augmentum cultus divini sit necessarium, ita ut aliter ecclesia debito servitio destitueretur... ubi quod non sufficit necessitas moralis pro ecclesiæ majestate, et decentiori cultu... Hinc cum clar. mem. cardinal. Jesualdus Hostien. et Veliternen. episcopus pro servitio et decore Ecclesiæ cathedralis, duas in ea erexisset portiones pro duobus presbyteris... dictisque portionibus, non-

includi facultas supprimendi canonicatus ecclesiæ matricis, et illos uniendo Ecclesiæ noviter erectæ, et cum erectione novarum ecclesiarum debeant fieri cum minori præjudicio antiquarum ecclesiarum, quam fieri possit, credendum non est concilium voluisse ab ecclesiis antiquis subtrahi posse non solum partem reddituum, sed etiam titulos beneficiorum, et numerum ministrorum dimini, quod tenderet ad diminutionem Divini cultus. » Ita Fagnanus, ad cap. *Ad Audientiam*, *De eccles. ædific.*, n. 56, 57. Id quod ex *Trident.*, sess. XXIV, cap. 15, haud obscure colligitur.

(144) Verum Laurentius cum Azor., Lotter., Garcia, aliisque apud eundem, rite censet, « posse episcopum beneficia devoluta ad Sedem Apostolicam unire, etiam postquam casus devolutionis contingit, non quidem, ut unio mox habeat effectum suum, sed ut is suspendatur pro tempore provisi a Papa; seu usque dum beneficium devolutum, collatum alicui a Papa, denuo vacet. » *For. benefic.*, p. III, q. 902, n. 2. Quæ quidem sententia ut ut Ventriglia refragetur, nobis placet, cum nullum ex unione in hoc sensu præjudicium Sedi Apostolicæ afferatur.

nulla univerit, et incorporaverit beneficia; itidemque mensæ capitulari alterum univert beneficium annui redditus ducatorum quindecim, pro *faciliori duorum cantorum manutentione*; orta fuit controversia, an prælatorum beneficiorum unio, quæ ad majorem cautelam a san. mem. Clemente VIII, auctoritate Apostolica approbata, et confirmata existerat, quæque suum sortita fuerat effectum, revocata remanserit per hanc regulam (13) Cancell. ita ut eorundem beneficiorum collatio ad Sedem Apostolicam spectaret? Et pro veritate consultus, *affirmative* respondi, *pro unione facta mansæ capitulari pro manutentione cantorum*; non enim expleta dici poterat in augmentum cultus divini ex causa necessaria, quia canonici ipsi, aut tenebantur per se canere, aut ex propriis redditibus musicam manu-

## VOTUM.

## ARTICULUS I.

*Quoad ea, quæ concernunt voti naturam, divisionem, materiam et interpretationem.*

Hæc ad rem animadvertenda.

(1. Voti nomen accipitur variis modis. Primo, a grammaticis accipitur pro desiderio, ut *Proverb. xxxi, 2: Quid, dilecte, votorum meorum?* id est desideriorum, et in canone Missæ: *Tibique reddunt vota sua*, id est pia desideria, preces. Secundo, a juristis accipitur votum pro suffragio, vel calculo in electionibus, vel consiliis. Tertio, accipitur a theologis proprie, et stricte votum pro promissione Deo facta, ut *Eccl. v, 3*, ibi: *Si quid vovisti Deo, ne moreris reddere, displicet enim ei infidelis, et stulta promissio*; et *psal. xlix, 14: Redde Altissimo vota tua*; et de voto juxta hanc ultimam acceptiorem erit hic sermo.

(2. Votum igitur sic acceptum recte definitur, quod sit: « Promissio deliberata, et voluntaria Deo facta de meliori bono. » Sic communis Doctorum, cum S. Bonaventura in 4 distinction. 38, art. 1, q. 1; S. Thoma, 2-2, quæst. 88, art. 1; Scotus, in 4, dist. 38.

(3. Dicitur prime *promissio*, id est non simplex propositum, sed voluntas firma, et constans sese obligandi ad aliquid agendum, vel omittendum, ita ut ex tali promissione *promissario*, videlicet Deo, jus acquiratur ad exigendum sibi promissum. Promissio enim est « deliberata et spontanea fidei obligatio facta alicui de re bona et possibili; et propositum est sola voluntas faciendi, vel omittendi aliquid. » (4. Unde hoc est discrimen inter propositum et promissionem, quod propositum est simpliciter sola voluntas faciendi, vel omittendi in futurum aliquid; promissio autem sit voluntas aliquid faciendi vel omittendi in futurum aliquid tanquam debitum, seu ex obligatione; sicque promissio addit proposito voluntatem se obligandi alteri, ut hic in nostro casu voti se obligandi Deo; utcumque enim propositum sit firmum ac deliberatum, nunquam evadit votum, quando abest voluntas se obligandi, ut clare

tenere, proindeque non resultabat ex unione præfata tale augmentum cultus divini, ut non esset locus regulæ (13) juxta punctualem decisionem 621, num. 13 et 16, *coram Rembald.* »

Denique illud omittendum non est, quoties ordinarius univert beneficia contra formam a concilio Tridentino sancitam, ac præscriptam, talia beneficia remanent reservationi apostolicæ obnoxia, vigore reg. 1 *Cancell. Apostolicæ*. Hæc enim regula generaliter reservat beneficia, de quibus ordinarii collatores *disposuerint, et disponent, et dispositum fuerit* contra formam Decretorum Concilii. Et ita resolutum fuit a congregatione Datarie die 22 Decembris 1703. — Rigantius ad regul. 1 *Cancell.*, § 10, n. 41, 42.

habetur ex cap. *Litteraturam tuam* 3, De voto et voti redemptione; ubi cuidam magistro consulenti ita respondit Alexander III, Summus Pontifex: « Cum ex quadam diminutione (seu missione sanguinis), nimio fuisses mortis pavore perterritus, hæc verba protulisti; non diu hic morabor, proponens in animo, quod religionis habitum esses aliquando suscepturus: tibi igitur respondemus quod, si plus non est in voto processum, transgressor judicari non poteris, si non impleas, quod dixisti. » Sic Pontifex manifeste significans solo proposito quantumvis sancto non constitui votum, idque ob defectum intentionis, seu voluntatis se obligandi. Sic doctores communiter.

(5. Dicitur secundo *deliberata*, quia promissio subita et inconsiderata non sufficit ad rationem voti. (6. Vovens enim debet plene advertere, et cognoscere materiam, quam vovet, cum deliberatio importet advertentiam, et cognitionem materiam cum libero, et expedito interiorum sensuum usu. *Omnes.*

(7. Unde tanta deliberatio requiritur, et sufficit ad votum, quanta requiritur, et sufficit ad peccatum mortale. Sic doctores jam fere communiter post Glossam in cap. *Mulier* 14, caus. 32, q. 2, dicentem expressè, quod *qui potest se obligare diabolo, potest et Deo*, cum non videatur plus, aut minus requiri, et sufficere ad obligandum se Deo per votum, quam ad se obstringendum diabolo per peccatum mortale.

(8. Dicitur tertio *voluntaria*, id est cum libero voluntatis consensu facta, quia ad hoc, ut votum obliget, requirit liberam voluntatis imperium, seu decretum, quo vovens se Deo obligatum velit ad quidpiam præstandum, vel omittendum. (9. Unde votum emissum ex ignorantia, errore, vel dolo versante circa substantiam rei promissæ est invalidum, quia incogniti nulla est voluntas, cum voluntas non feratur in incognitum, ex Aristotele l. iii *De anima*, comment. 39, et ignorantis, ac errantis nullus sit consensus, l. *Non idcirco* 9, cod. *De*

*jur. et facti ignorant.*, nihilque sit tam contrarium consensui, quam error, l. *Si per errorem* 15, ff. *De jurisdict. omnium judic.*

(10. Dicitur quarto *Deo facta*, quia promissio essentialiter constituens votum proprie dictum debet esse facta ipsi Deo, cum votum proprie sit actus religionis seu patriæ soli Deo debitus; unde cum quis aliquid vovet B. Mariæ Virgini, aut sanctis, intelligitur vovere Deo in honorem B. Mariæ Virginis, ac sanctorum; sicut enim cum templa, seu altaria B. M. V. aut sanctis dedicantur, dicuntur dedicati Deo in honorem et memoriam B. M. Virginis, aut sanctorum, ut explicat S. Augustinus l. xx *contra Faustum*, cap. 21. Ita etiam cum vota nuncupantur B. M. Virgini, aut sanctis, dicuntur nuncupari Deo in honorem B. M. Virginis, aut sanctorum, ut docet sanct. Thomas 2-2, q. 88, art. 5, ad 3. Ipsum enim Deum coli, ac venerari in sanctis fatentur omnes Catholici. Vel, ut alii explicant, votum in similibus casibus intelligitur fieri principaliter, ac primario ipsi Deo, beatæ autem Mariæ Virgini, aut sanctis solum secundario, ut testibus, advocatis, et intercessoribus apud Deum, sicque dicuntur solemnem vovendi formulam religiosorum: « Voveo, et promitto Deo Omnipotenti, B. Mariæ Virgini, B. N. et omnibus sanctis, » etc., habere hunc sensum: « Voveo Deo coram B. Maria Virgine, B. N. et omnibus sanctis tanquam testibus, advocatis et intercessoribus. » Ita Suarez, lib. ii, cap. 16, n. 17; Layman, lib. iv, tract. 4, cap. 1 in fine; Sporer, tom. I, tract. 3, in 2 *præcept. Decalogi*, cap. 1, n. 31.

(11. Dicitur quinto, *de meliori bono*, quia ad votum non solum requiritur, ut illud, quod vovetur, sit bonum, sed insuper ut bonum illud sit melius quam ejus oppositum: hinc votum nubendi, absolute loquendo, non tenet, quia matrimonium non est bonum melius virginitate sibi opposita. Dicitur autem notanter *absolute loquendo*, quia id quod *absolute* est minus bonum suo opposito, potest *per accidens* ex circumstantiis esse majus bonum, sicque cadere sub voto, ut patet de eo, qui se cognoscens proptum ad lapsum carnis, ad evitanda peccata incontinentiæ vovet statum matrimonialem assumere. In eo enim casu dicit Apostolus (I *Cor. vii, 9*): *Melius est nubere, quam uri.*

(12. Votum varie dividitur. Primo, dividitur in votum simplex et solemne. *Simplex* est illud, quod emittitur sine alia solemnitate cum nuda et simplici promissione Deo facta sive privatim, sive ore, sive tantum corde. *Solemne* est illud, quod solemnizatur per professionem religionis ab Ecclesia approbatæ, aut per susceptionem sacri Ordinis, ut habetur in cap. unic. *De voto* in 6, ubi dicitur quod voti solemnitas sit a sola constitutione Ecclesiæ inventa, ibi: « Nos igitur attendentes, quod voti solemnitas ex sola constitutione Ecclesiæ est inventa; » quod etiam dicitur in bulla Gregor. XIII, incip. *Ascendente Domino*,

n. 18, ibi: « Nos considerantes vot' solemnitate sola Ecclesiæ institutione inventam esse. »

(13. Secundo, dividitur votum in reale, personale, et mistum. *Reale* est illud, quo vovens promittit aliquid de sua re, aut substantia distinctum ab actione, aut omissione personæ, v. g. eleemosynam. *Personale* est illud, quo promittitur nuda actio, aut omisio personæ, v. g. jejunium, abstinencia a lusu. *Mistum* est illud, quod participat de reali et personali, v. g. votum visitandi sanctuarium, ibique offerendi lampadem.

(14. Tertio, dividitur votum in temporale, et perpetuum: *temporale* est illud, quod ex intentione voventis solum, ad certum tempus, vel pro certo tempore obligat, ut votum jejunandi omnibus Sabbatis unius anni, non bibendi vinum hebdomada sancta. *Perpetuum* est illud, quod ex intentione voventis perpetuo, seu tota vita obligat et servandum est, ut votum jejunandi tota tempore vitæ suæ, nunquam bibendi vinum, nunquam manducandi carnes, nunquam ludendi.

(15. Quarto, dividitur votum in expressum et tacitum; *expressum*, seu explicitum est illud, quo expressis verbis aliquid Deo promittitur; *tacitum*, seu implicitum est illud, quod fit per liberam actionem habentem votum annexum. Sic qui sacrum ordinem suscipit, censetur castitatem perpetuam vovere, cum sciat susceptioni ordinis sacri annexam esse obligationem castitatis perpetuæ.

(16. Quinto, dividitur votum in absolutum, conditionatum, et pœnale. *Absolutum* est illud, quod simpliciter et absolute emittitur independentem ab omni conditione, ut cum quis simpliciter vovet jejunium, castitatem, peregrinationem. *Conditionatum* est illud, quod emittitur sub aliqua conditione, ut cum quis vovet dare calicem ecclesiæ, si a tali morbo convalescat, a tali mortis periculo liberetur, si filius suus tale inierit matrimonium. *Pœnale* est illud, quod fit in pœnam, seu quo vovetur aliqua pœna subeunda, quoties commissa fuerit aliqua culpa, ut si quis voveat se quoties osculaturum terram, quoties mentitus fuerit, se toties jejunaturum, cilicium gestaturum, se disciplina afflicturnum, quoties in peccatum carnis lapsus fuerit.

(17. Materia voti debet esse possibilis, et in potestate voventis non solum physice, sed etiam moraliter, talis scilicet quæ ab homine fieri possit communi concursu, et ordinario auxilio divinæ gratiæ: *Communis*. Et ratio est evidens, quia votum est promissio facta Deo cum intentione se obligandi ad aliquid præstandum, nemo autem se potest obligare ad id, quod non est ei possibile, nec est in sua potestate, arg. l. *Impossibilibus* 183, ff. *De regul. juris*, ibi: *Impossibilibus nulla est obligatio*, et cap. *Nemo potest* 6, *De regul. juris*, in 6, ibi: *Nemo potest ad impossibilia obligari*, adeoque, etc.

(18. Hinc invalidum est votum nunquam